

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput I. De Theolgoia.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057



Christi in
rituali.
estamenti
infidelium

T Y P I
DOCTRINÆ
CHRISTIANÆ
CAPUT I. de
THEOLOGIA.

Σύνοψις.

VOx Theologiæ ori-
gine & usu pri-
mum Græca. §. I.

Postea ad Christianos
transiit. §. II.

A quibus recte retine-
tur. §. III.

Cognoscitur Deus ex
natura & revela-
tione. §. IV.

Unde & Theologia na-
turalis §. V.

Insignis quidem usus.
§. VI.

Attamen ad salutem
insufficiens. §. VII.

Et revelata de salute
peccatoris agens. §.
VIII.

Quæ ratione funda-
menti una semper.
§. IX. X.

Ab omnibus cognoscen-
da, credenda, pro-
fitenda. §. XI.

Quæ fidei fundamen-
tum; hinc veritas
cum hac conjunctis-
sima fundamentalis
dicitur. §. XII.

Cui opponitur error
A fun.

- fundamentalis. §. XIII.*
Sed ratione modi & gradus revelationis varia. §. XIV.
Qualiscunque sit in hac vita, tamen imperfecta. §. XV.
Cujus rationes sapientissimæ §. XVI.
Theologia rursum consideratur vel habitualis vel systematica. §. XVII.
Hec, si rite instituitur, perutilis. §. XVIII.
Cujus Characteres. §. XIX.
Theologia Practica est §. XX.
Subiectum Theologiæ est homo ratione præditus. XXI.
Rationis facultates §. XXII.
- Ejus usus circa veritates naturales. §. XXIII, XXIV.*
Supernaturales. §. XXV.
Quarum divinitate cognita iis facile asensitur. §. XXVI, XXVII.
Easque variis modis perspectas sibi reddit. §. XXVIII.
Unde rationis in Theologia usus vel Principalis vel Instrumentalis. §. XXIX.
Ex dictis fluunt 1. Rationis in Theologia lumen non extinguendum esse. 2. Non tamen esse Judicem authenticum rerum revelatarum. §. XXX.



§. I.

THEOLOGIA five λόγος Θεοῦ Græcis dicebatur doctrina de diis & eorum cultu. Erat autem triplex, 1. μυθική Poëtarum, 2. φυσική Philosophorum, 3. πολιτική Juris Consultorum.

II. Postea usui Christianorum consecratur, quâ strictè sermo de divinitate J. Christi, latè omnis de rebus divinis nuncupabatur. Illo sensu maximè à veteribus Johannes θεόλογος appellatur.

III. Quod vocabulum hodiernum in scholis commodè retinetur. Quippe antiquum, rem exprimit, atque ejus simplicia in sacris extant. Quamvis non minori ἐμφάσει vocibus origine sacris, quales maxime ὑποτύπωσις τῶν ὑγιαίνοντων λόγων, διδασκαλία κατ' εὐσέβειαν &c. sunt, exprimatur.

IV. De Deo autem differimus, vel ex nobis ipsis tantum, aut simul ex revelatione, unde oritur THEOLOGIA Naturalis vel Revelata.

V. NATURALIS est cognitio de Deo & rebus divinis ex sola ratione profecta. Atque hæc tum ex lumine innato, tum attentâ rerum creatarum νοήσει ortum habet, cujus sedes Rom. I, 19. 20.

VI. Lumen hoc, quod Deus omni menti humanæ (licet non eâdem mensurâ) indidit,

insignem usum quoad Deum & quoad nos habet. *Quoad Deum*, ut à creaturis intelligentibus verum Numen agnoscatur, decenter colatur: Sin, inexcusabiles existant, Rom. I, 20. II, 14. 15. *Quoad nos*, illo mediante societates instituuntur, justæ leges conduntur vindicanturque. Multum quoque ad lumen supernaturale recipiendum tribuit.

VII. *INSUFFICIENTS* tamen ad salutem consequendum, si sola. 1. Si enim splendet in cordibus nostris, miseriam tantum detegit, non illam evitandi veram monstrat viam. 2. Hæc sola Christus Joh. XIV, 6. XVII, 3. Act. IV, 12. qui naturâ non patet, Matth. XVI, 17. Eph. I, 8. 9. Necessaria itaque

VIII. *REVELATA*, quæ est *doctrina divinitus revelata, de Deo hominem peccatorem in Christo sibi reconciliante, & cognoscendo & colendo, ad ingentem Numinis gloriam, hominisque credentis salutem.* (1.) Est autem *doctrina divinitus revelata*, quod tum ex dictis patet, tum ex 2. Cor. II, 17. & tot formulis, כה אמר יהוה *ita inquit Adonai &c.* quas sacri scriptores præfixerunt. (2.) Maxime si consideramus primariò illam loqui non tam de Deo Creatore, quam *Redemptore Jesu Christo*, Apoc. XIX, 10. Luc. XXIV, 44. 1. Cor. II, 2. toto simul Trinitatis Mysterio, cuius opus Redemptionis. (3.) Comparata hinc ad *gloriam divinam*, nam præterquam quòd

virtu-

virtutes Dei na
intuendas exhib
spicuas, sapienti
vocatione pecc
les sistit, i. Petr
non ad nostram
velatio hæc obt
IX. Præcip
salutis ratio co
est; Revelatio
varat. Unde sus
X. UNA sc
Jesum Christum
municum fidei o
XIII, 8. Eph. I
diti & Ethnici.
XI. Hanc e
cipere & pub
que salutem, e
veniendi tradit
10. Matth. X,
dam assertum f
nem profiteatur
XII. Hinc co
DAMENTU
DAMENY
to indissolubile
omnes veritate
cunt, aliz long
que veritates

virtutes Dei naturâ notas clarius & perfectius
intuendas exhibet, alias summo fulgore con-
spicuas, sapientiam, justitiam, misericordiam in
vocatione peccatorum ex tenebris admirabi-
les sistit, 1. Petr. II, 9. 2. Theff. I, 10. (4.) Nec
non ad nostram *salutem*, ceu cujus gratia re-
velatio hæc obtigit, 2. Tim. III, 15. Rom. I, 16.

IX. Præcipuum ejus objectum, in quo
salutis ratio consistit, constans & immotum
est; Revelatio tamen de eo in modo & gradu
variat. Unde surgit Theologia *Una & Varia*.

X. UNA sc. quoad fundamentum, quod
Jesus Christus Jes. XXVIII, 16. 1. Cor. III, 12.
unicum fidei omni tempore objectum, Hebr.
XIII, 8. Eph. IV, 5. per quod salvabantur Ju-
dæi & Ethnici. Act. XV, 11.

XI. Hanc ergo omnes intelligere, fide re-
cipere & publicè profiteri debent. (1.) ceu
quæ salutem, ejus auctorem & medium ad eam
veniendi tradit. (2.) Joh. XVII, 3. Rom. X, 9.
10. Matth. X, 32. adeo ut impium quorum-
dam assertum sit non referre, quam quis religio-
nem profiteatur.

XII. Hinc cognoscitur quodnam fidei FUN-
DAMENTUM, & quæ *veritas FUN-*
DAMENTALIS, quæ sc. cum fundamen-
to indissolubilem nexum habet. Non enim
omnes veritates pariter fundamentum respi-
ciunt, aliæ longius ab illo recedunt, Hebr. VI, 1.
quæ veritates non FUNDAMENTALES

sunt. Præstat si utraq̃ue verè intelliguntur, illæ tamen ad salutem scitu absolutè necessariæ, hæ non item.

XIII. Quum verò oppositorum opposita sit ratio, ex dictis ERRORUM FUNDAMENTALIUM quoque natura cognoscitur.

XIV. Varia autem *in modo & gradu revelationis* est. Olim revelabatur verbis & typis semen mulieris, quod caput serpentis contrituum. Jam, quod illud contrivit, prædicatur. Tum revelatio obscurior & accommodata ad naturam Ecclesiæ, nunc vero clarior Matth. XIII, 16. 17. Rom. XVI, 26. 2. Cor. III, 18.

XV. Sed clarior & perfectior licet nunc sit, Theologia tamen etiamnum, si in se aut comparatè cum illa in altera vita accipitur, IMPERFECTA. Nam homo in hac vita Deum, ejus consilia, opera, verbum, seipsum, felicitatem maximè futuram, aliaque imperfectè novit, 1. Cor. XIII, 9-12. 1. Joh. III, 1. Rom. XI, 33.

XVI. Cujus rei sapientissimas rationes sapientissimum Numen habet. Ita omnis sapientiæ gloria in eum redundat. Excitatur in nobis humilitas, studium precum, crebra verbi revelati lectio, si è tenebris emergere cupimus.

XVII. Eadem Theologia, si consideratur, ceu à mente humana apprehensa HABITUA.

C
TUALIS, sive
genam sparæ
inter se nexa
MATICA ap
& modo tracta
XVIII. Qu
utilis. Nam v
colligit, aptè in
tem conciliat,
multo tempore
XIX. Dixi a
tum fit, quand
datur. (h) & ea
tationis intellec
agit de Jesu Ch
vita commun
characteribus
da non est, ut
ingenio suo n
tione abutenti
XX. Quom
cit, ut cultum
& charitatem
PRACTIC
revelatarum n
supponitur, si
pietatem inge
testimonis Ti
Joh. XIII, 17
Joc. I, 22. &c.

TUALIS, si verò veritates per integram Scripturam sparsæ colliguntur, concinno ordine inter se nexæ libro consignantur, **SYSTEMATICA** appellari solet, atque pro scopo & modo tractandi, variè rursus subdividitur.

XVIII. Qualis si ritè instituitur, maximè utilis. Nam veritates sparsim reperiundas colligit, aptè inter se disponit, hinc perspicuitatem conciliat, & memoriam juvat. Unde à multo tempore ejus inter Christianos usus.

XIX. Dixi autem, si rectè instituitur, quod tum fit, quando (a) ex revelatione divina traditur. (b) & ea juxta regulas bonæ interpretationis intellecta, (c) quando dein præcipuè agit de Jesu Christo, nostrâque cum illo in fide & vita communione. Quæ nunc Theologia hisce characteribus destituta, vera Theologia dicenda non est, uti *Scholasticorum & Mysticorum* ingenio suo missa solida verbi divini explicatione abutentium.

XX. Quoniam verò omnis revelatio eò facit, ut cultum Dei, fidem in Jesum Christum & charitatem commendet, patet inde illam **PRACTICAM** esse, non quod veritatum revelatarum nulla requiratur notitia, quæ præsupponitur, sed quia illæ salutariter cognita pietatem ingenerant. Patet id (1.) ex disertis testimoniis Tit. I, 1. 1. Tim. I, 5. III, 16. VI, 3. Joh. XIII, 17. Prov. IX, 10. Jer. XXII, 15. 16. Jac. I, 22. &c. (2.) ex natura omnium veritatum,

de Deo Redemtore , proximo &c. quæ officia nostra circa memoratas personas poscunt. Unde Theologus sine *πράξις* stulto assimilatur, Matth. VII, 26. qui plagas intendit, Luc. XII, 47.

XXI. SUBJECTUM Theologiæ, quam hætenus vario respectu contemplati sumus, est homo *φρόνιμος* ratione præditus, 1. Cor. X, 15.

XXII. Ratio, quæ præcipua ejus pars, pollet facultate cogitandi, percipiendi, judicandi, eligendi, volendi, &c. quam nobis sapientissimus Creator indidit, ut illa in cunctis actionibus ad gloriam ejus atque salutem nostram uteremur, nosque ita à brutis distingueremus.

XXIII. Hunc in finem imbuunt illam veritatibus primis, Theoreticis & Practicis, quæ omni menti communes sunt. Unde illa vel ex se ratiocinatur, aut aliorum dicta factaque vera, falsa, bona, mala examinat, dignoscit. Neque simpliciter aliorum hominum opinionibus credit, sed propter veritates, quas in illis deprehendit, si verò nullas reperit, illis fidem habere rectè negat.

XXIV. Omne igitur, quod in natura revelatum, proprio studio intuetur, in naturam ejus inquit, de illis judicium fert, novit quippe suam mentem æque ac alius à Creatore factam & lumine ornatam, ut de iis judicet. Turpiter aliàs lumen, quod Deus in ipso accen-

cendit, abscon-

mini, qui nonni-

XXV. Si u-

quæ captum tra-

ejus divina rev-

bet, nisi peric-

lit, 1. Joh. IV.

facile recipit.

XXVI. Na-

plurima ignora-

illum, qui si-

fidere. (3.) Ac-

perficienda in-

gnitate sua im-

XXVII. C-

les debita dili-

& nexum sine

do videt, illa-

ubi ejus acie-

Dei gloriam,

ejus cum Deo

quando dein

que cuncta,

dubitatis crite-

git, æstimat,

ptum suum tr-

rima Deum se-

XXVIII.

turalia homo-

rationis magi-

cen-

cendit, absconderet, crederetque fallaci homini, qui non nisi veraci Deo credere debet.

XXV. Si verò ipsi veritas *supernaturalis*, quæ captum transcendit, occurrit, primum de ejus divina revelatione sollicita est, & esse debet, nisi periculo seductionis se exponere velit, 1. Joh. IV, 1. quam divino ortu perspecto facile recipit.

XXVI. Nam (1.) se ipsam examinans plurima ignorare intelligit. (2.) Novit quoque illum, qui sibi hoc lumen dedit, majus possidere. (3.) Adeoque illud ad ea, quæ jam scit, perficienda impertiri posse, imò pro benignitate sua impertiri velle.

XXVII. Quare ad veritates supernaturales debitâ diligentiam attendit, earum naturam & nexum sine præjudicio considerat, & quando videt, illas lumen naturale confirmare, & ubi ejus acies deficit, illustrare, ad summam Dei gloriam, hominis sanctitatem, felicitatem, ejus cum Deo communionem decenter facere, quando dein inter illas vaticinia pensitat, atque cuncta, quæ narrantur, verè gesta ex indubitatis criteriis colligit, divinas habet, eas diligit, æstimat, admiratur, quamvis plures captum suum transcendant, persuasâ quippe, plurima Deum scire, quæ ipsa ignorat.

XXVIII. Ex quo autem dogmata supernaturalia homo prudens recepit, illa beneficio rationis magis magisque sibi explicat, genui-

num sensum ex litera ejusque virtute eruit, si quid concisum & obscurius dictum sibi videtur, ex prolixiori & clariori exponit, media, quæ ad solidam interpretationem ducunt, studio sibi acquirit, aliorum glossas attentè legit, & examine facto bonas ob insitam demonstrandi vim amplectitur, rejicit illas, quæ à revelationis veritate & scopo recedunt.

XXIX. Ex his constat insignis RATIONIS in Theologia USUS. *Principalis* est, quando ex proprio penu argumenta pro divinitate ac ἀξιωματικὰ veritatum supernaturalium variè depromit. *Organicus* verò, quando divinitate earum agnitâ illas *recipit*, breviores & obscuriores cum prolixioribus & magis perspicuis *confert*, ex illis, quæ κατὰ λέξιν exstant, certas *consequentias necit*, linguis Originalibus, dictionis naturâ, historiâ, rituali maximè, aliisque ad sensum eruendum commodis & necessariis mediis perspectis *illustrat*, bonas interpretationes à falsis *discernit*.

XXX. Unde nunc duo alia sequuntur. *Primum; rationis in Theologia lumen non extinguendum esse.* Nam (1.) à Deo est. (2.) illâ mediante de veritatibus judicandum, 2. Cor. X, 15. (3.) errores refutandi sunt. 1. Joh. IV, 1. 2. Tim. III, 16. (4.) litera, quæ incommodum & rei naturæ in sacris ostensæ contrarium sensum gignit, figuratè explicanda, Marc. VIII, 17. 18. Alterum; *rationem non esse Judicem*
Au.

Cap.
Authenticum, si
id, quod supra ca
Ratione quidem
tis notis cognosc
tatem revelatam
caliter se habet.
velationis: hoc it
mam Authentic
Principium cog
none diversum.
se effert adversu
dum est, Gen. X
queretur aliâs, s
Theologos esse,
Xl, 2. 1. Cor. I,
C.

S. SCI

Principium
Pris cognitio
est revelati
Quæ mox pos
tum facta. S
Primitus quic
ad os pro